Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449376-p0001-7

zu 00 85

O.i.840 (1-101).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449376-p0002-3

# CONCLVSIONES TIT. FF. ET C. DE HERED. PETIT.

QVAS DEI OPT. MAX. CVM PRIMIS ANNVENTE GRATIA, CLARISS. CONSVLTISS. virorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri Dictatoris, & D. Ioannis Hollandt Fiſci, Imperatoriarum LL. Licent. accedente præſidio, in celebratiſſimo Colonienſi Iuris Collegio, pro laudabili, & inueterata conſuetudine publicè diſputandas exhibet.

BERNARDVS SCHICKELINGIVS Blaitzheim.

*Anno à partu Virginis. M. D. XCI. XXIV. Maij.*




COLONIAE AGRIPPINAE X
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

21. 26

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449376-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449376-p0004-4

# CONTINVATIO.

*CVM regulariter materiæ ſecundum congruum, decentemq́;*
*ordinem continuandæ, ſubſequentesq́; tit, proximè præceden-*
*tibus connectendi.*(a) *Ideo & hunc ſic continuari libet. Dictũ*
*eſt de inoff. teſt. cuius querela præparatoria & præambula eſt vniuer-*
*ſalis iudicij, affinisq́; pet. hæred.*(b) *Quare poſt expoſitionem querelæ*
*inoffic. teſt. ſupereſt ad pet. hered. materiam ſanè pulchram, quotidia-*
*nam & ſubtilem*(c) *deſcendere.*(d)

(a)l.2 ff.de ſtat.hom.Mynſ.in Rubr,Inſt.de legat.n.6.Soarez in theſ. recept. ſent. lite-
ra C.n.293.(b)Ideoque vtraque eod.libello cumulari poteſt l.1. C.h.t. Achilles Perſona-
lis.tractat.de pet.hered.n.563.Sichard.l.2.n.7.VVeſ.in par.ff.de inoff.teſt.n.5.Quod tamẽ
non niſi conditionaliter Achill.n.584.admittit. per Gloſſographũ l. Qui de 20.verb. Ex-
ercere à f.ff.de inoff.teſt.(c)Zaſ.§.Action.Inſt.de act.(d)VVeſ.in par.ff.Sichard.in Rubr.
C.h.tit.

# THESIS I.

H*Eres, dictus quaſi herus.i.dominus* (a) *ab hereditate; quæ eſt ſucceſsio in vniuer-*
*ſum ius quod defunctus habuit mortis tempore.*(b)

(a)§.fi.Inſt.de hered.qual.& diff.(b)l.Nihil 24 de V.S.l. Hereditas.62. de reg.iur. No-
men iuris eſt,l.Peçuniæ 178.§.1.l.Hereditatis 119.de V.S.& ſine corpore intellectum iuris
habet l.Hereditas 53.ff.h.t.in pr.VVeſ.n.2.

## II.

*Quamuis autem omnis definitio in iure ſit periculoſa,*(a) *poterit tamen Pet. hered. ita*
*deſcribi. Quod ſit actio ſeu perſecutio ciuilis,*(b) *vniuerſalis,*(c) *miſta,* (d) *petitorij iudi-*
*cij,*(e) *bonæfidei,*(f) *qua actor petit ſe heredem declarari in totum vel in partem,*(g) *iu-*
*diciśq; officio aduerſarium ad reſtituendum, quicquid de heredit. poßidet cõdemnari.*(h)

(a)l. Omnis 202.vbi latè Ferr.de R.I.(b)l.1 & 2.l.Item veniunt 20.§. Prætor hæc ff.h.t.
l.1.de poſſ.hered.pet.l.2.de fideic.hered.pet.l.lege.130.de V.S.(c) l.Nihil 24.d.t.l.1. in pr.
ff.de rei vẽd.Gl.in l.1.verb. Vt proinde ff.de edẽd.(d)per l.Hereditatis 7.C.h.t.glo.in l.ſed
etſi 28.§.antep.verb.Sunt exacta. &add.ib.h.t.Soarez.in theſ.recep.ſent.litera H.n.21.l.ag'
part.4.c.23.n.8.Cuiac.in par.ff.h.t.Mynſ.n.105.Schneid.n.2.§.action.Inſt.iſto tit. Achill.
Perſ.n.633.Fateor nihilominus. eam præcipuè eſſe realem, d.l.Sed 28.d.§.antep. & l. Sin
autem 28.§.Sed & is ff.de rei vend.Vulteius lib.2.c.22.Iuriſp.Rom n.1.(e) Quod oſtendit
verbum petere.Nam Petitionis verbo in rem actiones ſignificari videntur, d.l.Pecuniæ.
§.2.verſ.Petitionis,de V.S.(f)l.fi.in fi.C.h.t.§.Actionnum 28. vbi Gloſ.Zaſ.& com.DD.
Inſt.de act.Benincaſa.d.§.n 678.& ſeq.(g)l.Licet 10.ff.h.t.tot.t.Si pars hered.pet. (h)d.l.
10.Vide clarè definition.explicantem VVeſ.in par.ff.h.t.n.4.& ſeq.DD.d.§.Action.Inſt.
iſto tit.in hac act.

## III.

*Deſcriptione præuia. Petitionem hered. inſtituere poſſunt, quicunq; heredes ſe eſſe*
*inten-*

*intendunt, ſiue ex teſtamēto iure facto (quorum prior cauſa eſt) ſiue ratione propinquitatis, ab inteſtato (a) quorum poſterior: ſiue per ſe, ſiue per alios etiam extraneos heredes facti ſint, (b) adeò vt etiam filius contra patrem de hered. materna, (c) & heredis heres hac act. experiri poſſit. (d)*

(a) Nam his duob. mod. acquiritur heredit. §. fi. Inſtit. Per quas perſ. nob. ac. (b) l. 1. 2. & 3. vbi Glo. l. 5. §. fi. ff. l. ſi ſcripti 9. C. h. t. Achill. n. 706. (c) l. fi. ff. h. t (d) l. 3. §. ſed etſi h. t. vbi Glo. quam Iaſ. nu. 190. & Zaſ. d. §. Act. Inſt. extollunt. l. Heredis ap. 65. & 170. l. Sciendum 70. de V. S. l. fi. §. ſed ſiquidem ipſe. C. de hered. inſtit. l. Paterſam. 46 ff. de vulg. & pup. ſubſt. Sum. Angelica verb. Heres in pr. Oldend. claſſ. 5. Act. 5. Zaſ. Mynſ. §. Act. nu. 107. Sichard. in Rubt. n. 4. C. h. t.

## IIII.

*In ſumma. Quibuſcunque quoquo modo ſucceſſoribus, (a) ex quacunque item portione heredes ſint, (b) quocunq; etiam iure, ſiue com. ciuili: vel prætorio, ſiue ſtatuto, conſuetudinéve hereditas deferatur, (c) illis hac act. agere conceditur. Hac tamen differentia, quod alijs directò detur vtiliter alijs: Directò quidem ipſis heredibus inſtitutis. (d) Vtiliter vero hered. fideicommiſſarijs, (e) quibus ex teſt. hereditas eſt reſtituta. (f)*

(a) etiam Fiſco heredi. Achill. d. tract. n 708. (b) l. 10. h. t. l. Ei qui 54. in pr. eod. l. emptor. 5. C. de hered. vel act. vend. (c) l. Item 22. §. fi. h. t. Schneid. d. §. Act. n. 5. 6. 10. 14. & ſeq. Grempius in Analyſ. Inſt. (d) l. 2. de fideic. hered. pet. (e) d. l. Ei h. t. & tot. t. de fideic. hered. (f) §. Et Neronis 4. & 5. Inſtit. de fideicom. hered. l. 1. de fideic. her. Oldend. claſſ. 5. act. 7. Vulteius d. loc. VVeſ. n. 7. in parat. ff. h. t.

## V.

*Sed Monachus licet nil proprij poſſidere queat. (a) Suitatis tamen iura retinens patri ex teſtam. vel ab inteſtato ſuccedit. (b) Ideo Monaſterium eius nomine hereditatem eidem delatam, petet. (c)*

(a) c. 2. & c. Cū ad monaſteriū 6. in pr. ext. de ſtat. Monach. Auth. Ingreſſi. C. de SS. Eccl. de hoc vide SS. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 2. & 3. (b) l. Deo nobis fi. §. Hoc etiā cognitum C. de Epiſc. & Cleric. (c) Lagus part. 2. c. 59. n fi. contractæ Iuriſprudentiæ. Clarus §. Teſtamentum. quæſt. 30.

## VI.

*Incidit hic quæſtio, de qua non ſatis inter DD. iuris conuenit. An filius, cui ex teſt. patris debetur legitima, hac act. pro ea conſequenda vti poſſit? & non poſſe communis IC. Schola fermè voluit, (a) quam tamen in hoc amplecti Clariſſ. IC. rectius diſſuadent. (b)*

(a) Bart. in l. Ex facto 19. ff. de hered. inſtit. Iaſ. & per eum citat. §. Action. nu. 193. & 204. Achilles n. 709. & per eum alleg. Legitimam quotam bonor. dicentes Soarez in theſaur. lit. L. n. 65. eam com. enunciat, vti & Fer. Vaſq. lib. 2. §. 20. part. 4. requiſit. 42. rep. Auth. Nouiſs. C. de inoff. teſt. n. 210. ibique cit. (b) cum legitima ſit quota hereditatis, non autē quota bonor. quam tenent quam plures, adeò vt communis videatur, cum viuis & melioribus fulcita rationibus quas partim Vaſq. d. loc. n. 211. adducit, qui & Tom. 3. lib. 3. de ſucceſſ. in l. Si quis in ſuo 33. C. de inoff. n. 14. hanc tenet, ſemperq; tenebit, partim Zaſ. qui egregiè hanc defend. d. §. Act. Inſt. de Act. n. 79. quem ibi Schneid. nu. 9. ſequitur Ferr. in Inſt. §. fi. de inoff. teſt. Pro hac æqua magis opin. quod ſcilicet pet. hered. detur pro legitima fac. l. Iubemus 6. in pr. C. & l. Ita tamen 27. §. ſi patronus 10. ff. ad SC. Trebell. l. Si. imus 36. in pr. §. Repletionem C. de inoff. Coſtal. in l. ſi non 25. ff. d. t. Item ex rat. l. vnic. ff. de

portion.

portion.quæ lib.dam.conced.Paul.lib.4.recept.ſent.t.5.Quod autem legitima in ipſa heredit. relinqui poſſit latius patet in l. ſi quis 33.in pr. & l. Omnimodo 30.§.1.C.de inoff. teſt.

## VII.

*Tacito pede, dubitabiles has duas quæſt. haud præterire poſſum. Vtrum heres in libello, ex qua cauſa, teſtati vel inteſtati, hereditatem petat, parte non opponente, exprimere: omnésve res heredit. quas perſequitur, ſpecificè deſignare teneatur? Et vtroq; caſu hactenus negatiuè ex varijs IC. locis, reſponſum inuenio.*

Priorem DD.per not.l.1.poſt Glo.mag.verb. Vt proinde ff.de edend.defendunt. Glo. in l.fi.verb.Præcluſiſſe C.de Codicill.VVeſ.in parat.nu.8.& 12 Iaſ.nu.191. Sch.12.13.& 61. Poſteriorem caſ.per d.Glo.d.l.1.com.receptam.de ed.DD.d.§.Act. vbi Kling.n.1.per l. ſi mater 11.ff.de except.rei iud.Iaſ.n.192.Mynſ.127. Sch.56.per l.4. & l. Si quo tempore 44. ff.h.t l.2.C.de ſent.quæ ſine cert.quant.prof. vbi Glo. verb. Iuſſit Couuar. Tom.2.c.12. pract.quæſt.Achill.n.550 & 555.latè Gail 1.obſ.68.Quid tamen hi conſulant.ſequere.

## VIII.

*Accommodatè hic infero. An agentes hac act. ſe mutuo in executione impedire, altero eorum maturius ad ſententiam perueniente. Quod nego, ſed executionem in gratiam vincentis, præſtita poſſeſſori, ſi res euincatur, de ea reddenda, cautione, faciendam concludo.*

l.Cum idem 60.h.t.l.Is à quo fundus 57.vbi Coſt. de rei vend.l.ſi quis ſeruum 8.§.pe. ff.de leg.2.Quid in creditorib.& legatarijs, id l.fi.C.h.t.edocet.Old.claſſ.5.act.5.

## IX.

*Datur autem aduerſus eos, qui pro herede vel poſſeſſore totam hered. aut rem hereditariam licet minimam poßident.*

l.regulariter 9 iuncta l.ſeq.ff.l.7.C.h.t.& tot.t.ſi pars her.pet. Iaſ.d.§. Act.num.194 & ſeq.Pro hered.autem & poſſeſſore qui poſſidere dicantur ſatis aperit l.11.cum l.ſeq.12. & 13.in pr.l.Item 22.§.Licet autem l.ſed etſi 28.§. Quod autem 3.l. Prædonis loco 49. h.tit. VVeſ.n.10.ff.DD.d.§.Act.

## X.

*Igitur, titulotenus poßidentem regulariter non teneri hac act. ſed rei vendicat. conueniendum, LL.(a) rationibusq; (b) deciſum eſſe inueni.*

(a)l.7.C.h.t.l.4.C.in quib.cauſ.ceſſ.long.temp.præſcrip.(b) Rationem ſatis congruã reddit Glo.Addit.in d.l.7.& Glo.in d.l.4.verb.Non poſſit.quæ Couuar placet. Tom.2.c. 12.Oldend.claſ.5.act.5.Zaſ.Mynſ.n.111, & 112.Sch.n.20.& ſeq Gremp.d.§.Act.VVeſ.n.10. à fi.ff.Sich.l.2.nu.5.C.h.t.Achill.n.724.25.748.750.53.& 754.

## XI.

*Hic addo, Quod licet vulgata ſit in iure noſtro theorica, Poſſeſſorem conuentũ, non teneri ſuæ poſſeßionis cauſam titulúmve edere, (a) diuerſum tamen in hac act. cum ne iudicium reddatur eluſoriũ, tum ne ſumptus fruſtranei expendantur: obtinuiſſe omnes vno teſtantur ore.(b)*

(a)vulg.l.Cogi 11.C.h.t.l.fi.C.de rei vend.l.Extat decretũ:alias,Eſ & 25.ff de iur.fiſc.l. 2.ff.de probat.l.ſiue poſſideris 16.C.d.t.cum trito §.Commodum.l.de Interd.vbi ſ ribet. (b)d.l.Cogi.cum ibi not.Iaſ.n.201 Zaſ.pag.206.& ſeq Mynſ.n.129 S.h.31.§.Act. Oldend. claſſ.5.act.5.

Oportet

## XII.

*Oportet autem poſſeſſorem eſſe qui conuenitur, prout in rei vend.* (a) *Quare qui hereditatem reſtituit, aut res alienauit, regulariter hac act. non conuenitur,* (b) *niſi dolo reſtituit,* (c) *vel cum poſſet dolo acquirere noluit,* (d) *vel nec poßidet, nec dolo poßidere deſijt, ſed ſe liti obtulit, iudiciúmve ſuſcepit.* (e)

(a) l. Sin autem 27. §. ſed 3. ff. de rei vend. (b) l. Nec 13. §. fi. ff. h. t. l. 3. §. Sciendum. de fideic. her pet. l. Quia 6. §. Si autem ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. (c) d. l. 13. d. § fin. l. 15. §. Item antepen. (d) l. Sed 28. §. Perinde. vbi Coſt. h. t. l. 1. §. Sanè. Si quis omiſſ. l. 2. §. ſed etſi ff. de hered. vend. (e) d. l. 15. §. Non ſolum 6. cum ſeq. l. Qui ſe liti 48. h. t. Vigel. in M. I. C. lib. 11. c. 2. R. 2. congeſſit 13. except.

## XIII.

*Aduerſus eum etiam datur, qui verè heres, coheredem tamen agnoſcere renuit* (a) *quive retenta, non accepta, certa quãtit. hereditatẽ alteri reſtituere rogatus eſt;* (b) *nec precia rerum hereditar. poßidentem; nec à debitore hereditario debita exigentem, excipe.* (c) *multo minus habentem actionem occaſionem rer. hereditar. eam Domino vero cedendam* (d)

(a) l. 1. §. Quinimo. & §. Item 4. l. Permittend. 8. ſi pars her. VVeſ. nu. 10. pr. (b) l. 15. §. ſed etſi 3. (c) l. Quod 18. §. ſed fi. (d) d. l. 18. §. Iulianus ff. h. t. Schneid. nu. 40. d. §. Act.

## XIV.

*Neminem latet, ſcienter, maláve fide alienam hered. totam eiuſq; quotam, bona licet etiam fide, modico tamen ementem pretio,* (a) *prout hereditarium debitorem q. iuris poſſeſſorem,* (b) *vna cum heredibus eorum qui pro hered. vel poſſeſſore poßiderunt,* (c) *hac act. teneri.*

(a) d. l. 15. §. Idem erit l. 22. & l. fi. C. Mand. Schneid. §. Act. n. 42. (b) d. l. 15. §. fi. cum ll. ſeq. quæ extendunt. Sch. n. 38. VVeſ. n. 10. ff. Achill. n. 634. (c) l. Nerat. 14. vbi Glo. verb. Ab hered. & d. l. 15. § Heredem. vbi itid. Glo. Oldend. claſſ. 5. act. 5. Sch. nu. 43. Achill. n. 750.

## XV.

*Nunc videamus quæ in petit. hered. veniant. Et placuit primo omnes res corporales & incorporal. putà, iura omnia, actionesq; hered. venire.* (a) *Seruitutes tamẽ prædijs hered. debitæ non venire didici, ſed vel negatoria vel confeſſoria, tanquam ordinaria act. heredem vti, LL. volunt* (b)

(a) l. Item 20. §. fi. l. 15. § fi. & l. Quod 18. §. Iulian. h. t. Lagus part. 4. c. 23. nu. 6. Iaſ. nu. 209. Sch. 46. & 47. §. Act. Vigel. lib. 11. c. 3. Achill. nu. 710. (b) l. Et non 21. §. fi. h. t. vbi Glo. Kling. nu. 1. Sch. n. 47. §. 2. I. de act.

## XVI.

*Petuntur & vniuerſali appellat. heredit. non ſolum res, quas defunctus habuit vt proprias, verumetiam non hereditarias, ſed ab eo tantum poſſeſſas & detentas, vt quarum nomine Publiciana competit, & res pignori datæ, vel commodatæ, depoſitæve, quæ licet in effectu non ſunt hæreditariæ, in hered. tamen inueniuntur, earundem itidem periculum*

*culum ad hered. pertinuit, (a) vti etiam ad reſtitutionem earum, quæ hered. cauſa comparata ſunt (b) intenditur.*

(a) l. Et non 21. in pr. l. 15. §. Heredem ff. h. t. Cuiac. lib. 9. c. 25. obſer. VVeſ. num. 11. h. tit. Iaſ. nu. 209. Mynſ. 118. Sch. 48. & 60. ſæpe d. §. Act. (b) l. Item 22. in pr. & §. ſed 4. l. ſed 28. §. fi. l. Ancillar. 30. l. Mercedes. 32. l. ſi poſſeſſ. 55. h. t.

## XVII.

*Sed an ſi res perierit apud poſſeſſorem hered. nihilominus teneatur? Et quidem malæfidei poſſeſſ. ſiue res peritura fuerit, ſiue non apud actorem tenetur ſemper. Bonæfid. autē poſſeſſor non aliter quam ſi res peritura non fuiſſet apud actorem idq; poſt litem conteſt. cum iniuſtam litigandi cauſ. habuit, Nam alias indiſtinctè non tenetur.*

l. Illud 43. ff. h. t. l. Item ſi verberatum 15. §. fi. & ibi Glo. & Coſtal. de rei vend.

## XVIII.

*Cæterum, quia vniuerſale eſt iudicium, ideo & fructus tam natur. quam induſtrial. (a) ciuileſue, (b) tam extantes quā conſumtos, tam perceptos (etiamſi eos petitor percepturus non fuerit) (c) quam percipiend. reſtituendos eſſe in confeſſo eſt. diſtinctione tamen bonæ & malæfid. poſſeſſoris ſeruata, quia hic omnes (d) ille ante lit. conteſt. ſolum extantes, conſumtos minimè præſtat (e)*

(a) l. Item 22. §. Item non §. Fructus. iunct. Glo verb. Omnes (b) vt penſiones quouis modo percept. l. 55. l. 30. 32. h. t. (c) l. cum hereditas 59. d. t. (d) l. ſed 28. §. Quod l. Illud 43. §. Prædo. h. t. l. Certum 22. C. de rei vend. §. Si quis 35. i. de rer. diuiſ. (e) l. 1. & 2. & ibi Sich. C. d. l. Illud 43. §. In bonæfid. ff. h. t. Lag. d. loc. n. 9. & 10. M. nu. 122. & ſeq. S. h. 49. & ſeq. §. Act. VVeſ. d. nu. 11. Achill. 695. cum ſeq.

## XIX.

*Quia vero fructus non intelliguntur, niſi deductis impenſis, (a) non cogetur etiam malæfid. poſſeß. eos reſtituere, quin illas prius deducat, quas in cogendos & conſeruandos fructus impendit, (b) atq; etiam mercedem pro labore inſumto. (c) Quin & ſi fructus nullos perceperit, æquißimum erit earum rationem haberi, tam in bonæfid. poß. quam ex benignitate per officium Iudicis etiam in malæfidei, ſiue vtiles, ſiue neceſſariæ ſint impenſæ. In voluptuarijs, retentio ſolum data eſt bonæfidei poſſeſſori. Malæfidei poſſeſſori vero tollendorum eorum quæ ſine detrimento rei tolli poſſunt, conceditur. (d)*

(a) l. ſi à 39. §. fi. h. t. l. Quod in fructus 46. de vſur. (b) d. §. Fructus l. 52. in pr. fam. erciſc. (c) Couuar. lib. 1. c. 3. nu. 3. var. reſ. (d) Quod ſi ſumptus 40. cum 2. ſeq. ff. h. t.

## XX.

*Vnde ad quæſt. hanc. Si quando poſſeſſor hered. res hered. alienauit, (a) quod lite ſuper hered. mota facere regulariter prohibetur. an ad pretiū, vel rē permutatam, vel omninò ad rem ipſam hered. teneatur, facilè reſpondere eſt, modò etiam bonæ malæfideive poſſeſſ. diſtinctione vtamur. (b)*

(a) l 5. vbi Glo. ad. poſt. text. Achill. n. 648. Sch. num. 44. Vigel. d. lib. 11 c. 1. M. I. C. R. 2. (b) l. Si poſſeſſ. 23 §. Ait vſque ad fin. l. ſi rem 25. cum l. ſeq. l. Item 22 §. Præter. & ſeq. h. t. Sch. nu 55. d. §: De vſuris vide d. ll. quib. conc. l. 1 vbi Glo. & Sich. C h. t. VV. n. 11. ff.

## XXI.

*Scire demum vtile eſt, quam diu hæc act. exerceri poßit, & eam vſque ad 30. an. intentari poſſe LL ſtatutum dico.*

l. 7. C h. t. l 4. C. In quib. ceſſ. long. temp. præſ. l. 8. C. de iur. delib. l. 3. C. de præſ. 30. text. in pr. l. de perpet. & tempor. act. Old C. 5. a 5. Gail 2. obſ. 120. nu. 16. VVeſ. in fi. h t. Lag. nu. 11 Schneid. n. 76. d. §. Act Balb. de præſ. 4 part. 4. princip. q. 16. per tot.

## XXII.

*Tandem hered. petit. vbi inſtituenda, inueſtigare tempus exigit. Et vtrouis loco, vel vbi domicilium poſſeſſor reus habet,* (a) *vel vbi maior hered. pars ſita,* (b) *vel ſi pluribus diſſipata ſit locis, pluribus etiã intentari poterit, quod libero actoris arbitrio, relinquendum volunt.* (c)

(a) l. Si fideicom. 50. in pr. & §. pe. ff. de Iudi. l ſi ſuſpecta 29. §. fi. ff. de inoff. teſt. (b) l. vn. C. vbi de hered. ag. vbi Glo. & VVeſ. & h. t. n. 9. à fi per l. fi. C. vbi in rem act. exerc. l. vn. C. vbi fideic. pet. oport. Coſtal. in t. Quib. de reb. (c) l. fi. C. de Iuriſd om. Iud. l. fi. de præſcrip. lõg. temp. l. Heres 19. §. fi. ff. de iudic. l. 3. in pr. ff. de eo quod cert. Glo. ſing. in d. l. fi. in fi. C. vbi in rem.

# AVCTARIVM.

*NVM Feuda in hanc act. veniant, auctarij loco addẽdum cenſeo. Et venire, dummodo tota feudalis petatur ſucceßio,* (a) *aut feudum reperiatur hereditarium,* (b) *firma ſtat ſententia.*

(a) Scholiaſtes in l. Item vid. 20. §. fi. verb. ſiue iura. h. t. Schneid. d. §. Act. nu. 54. Iaſ. 210. VVeſ. & per eum cit. n. 11. in pr. (b) Mynſ. cent. 3. obſ. 67. à pr. per DD. in c. 1. An agnat. vel fil. defunct. quam com. pronunciat D. Gaill 2 obſ. 154. num. 11. Hereditarium n. feudum Erbſchafftlehen ad alios non tranſit, quam ad quos hereditas peruenit. Clar. §. Feud. q. 9. verſ. Hoc. Soarez in theſaur. recep. ſent. lit. F. n. 58.

*M. P.*

*Heredis fletus, ſub perſona riſus eſt.*

A 153255

AB: 153255

(X 22203998)

K

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449376-p0011-2

De Legat. & Testa[illegible] [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449376-p0012-8

CLVSIONES

# FF. ET C.

RED. PETIT.

T. MAX. CVM PRIMIS
A, CLARISS. CONSVLTISS.
Michaëlis Cronenburgeri Dicta-
llandt Fiſci, Imperatoriarum LL.
æſidio, in celebratiſſimo Colo-
ollegio, pro laudabili, &
conſuetudine publicè
utandas exhibet.

S SCHICKELINGIVS
Blaitzheim.

Virginis. M. D. XCI.
XIV. Maij.




AE AGRIPPINAE X
PETRVS KESCHIDT.

21. 26

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449376-p0013-4